$$0+1+2+3+4+5+6+7+8+9 =$$
$$9+9+9+9+9+9+9+9+9+9 =$$

$$\frac{10 \times 9}{2} = 45 . \qquad 2$$

IV. Si quotus ex duabus primis quantitatibus æqualis ſit quoto ex duabus ultimis, quatuor illæ quantitates ſunt *geometrice proportionales*, ut patet ex præcedenti definitione. Tales ſunt numeri 2, 6, 4, 12, & quantitates a, ar, b, br. Ex ipſa proportionis geometricæ natura evidens eſt productum ex terminis extremis æquale eſſe producto ex mediis, ſic a $\times$ br $=$ ar $\times$ b, ut patet. Quare datis tribus terminis facile invenitur quartus geometrice proportionalis, multiplicando ſcilicet duos medios terminos productumque dividendo per primum, quotus erit quartus terminus quæſitus; ita datis tribus quantitatibus a, ar, b, invenitur quarta $\frac{ar \times b}{2} =$ br. At ſi proportio ſit continua, ita ut ſecunda quantitas ſit primæ rationis conſequens & ſimul ſecundæ rationis antecedens, ſimili ratiocinatione patet ſumendum eſſe hujus quantitatis quadratum, illudque per primam quantitatem eſſe dividendum. Hæc autem quantitas quæ antecedentis & conſequentis vices gerit, vocatur *media proportionalis*, taliſque proportio ita exprimi ſolet $\div\!\div$ a, b, c, nempe hoc ſcribendi modo ſignificatur b, eſſe mediam proportionalem. At media proportionalis arithmetica ita deſignatur $\div$ a, b, c, pa-

tet